Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Wilhelm Schickard

Wilhelmi Schickhardi, Matheseos olim & Lingg. Professoris apud Tubingenses Celeberrimi Horologium Ebræum, i.e. Consilium, quomodo Lingua Sancta, spatio XXIV, horarum, ab aliquot collegis, sufficienter apprehendi queat

Editio Nova. Prioribus omnibus accuratior, & emendatior, Tubingæ: Tubingæ: Apud Johann. Georg Cottam: Typis Joh. Conradi Reisi[i], MDCCXIV.

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889901759

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Johann Samuel
Revenanus
Anno
MDCCXXIV.
Omnia conando docilis solertia vincit
Omnia creem Deo et nihil [illegible] eo.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889901759/phys_0003
DFG

WILHELMI SCHICKHARDI,
Matheseos olim & Lingg. Professoris
apud Tubingenses Celeberrimi,

HOROLOGIUM EBRÆUM,

i. e.

CONSILIUM,

quomodo Lingua Sancta, spatio XXIV. horarum, ab aliquot Collegis, sufficienter apprehendi queat.

EDITIO NOVA.

Prioribus omnibus accuratior, & emendatior.

TUBINGÆ,
Apud JOHANN. GEORG. COTTAM,
Typis JOH. CONRADI REISI.
Anno M D CC XIV.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn889901759/phys_0005
DFG

Bibliotheca Academiae Rostochiensis

PRÆFATIO
B. *Autoris*
AD
Sex STUDIOSOS,
QUI
PRIMUM SPECIMEN
ediderunt.
VENERABILIBUS ET DOCTISSIMIS
VIRIS-JUVENIBUS,
DOMINIS
CASPARI LAUTENSCHLE-
GERO, Bittenbrunna-Palatino.
JOACHIMO HEINATIO,
Kutizensi Marchico.
M. MATTHÆO RAISERO,
Lindaviensi.
GEORGIO ENGEL, Wickers-
heimensi.
M. GEORGIO ALBERTO,
Augustano
M. DAVIDI SCHÖNIO,
Augustano.
Sacro-Sanctæ Theolog. Studiosis,
Contubernalibus & Amicis
colendis, &c.
PRÆ-)(2

PRÆFATIO.

QUod hisce diebus inter prandendum me rogastis, ut ad Hebræam vos Arcem, quàm possem, compendiosissimè deducerem; id juvante Deo nunc effectum dabo: gavisus quod tàm alacres mihi contigistis Discipuli, queis nec Ingenium deest ad apprehendendum, nec ad perseverandum constantia. Sapuistis sanè præ multis, quòd hoc Studium Theologiæ vestræ profuturum esse censuistis, & ampliorem fructum sentietis olim, quando Mosen & Prophetas sine Interprete vobis loquentes audietis, non indigi Glossarum & Commentariorum, quibus longè superiores eritis. Beneficium est, fateor, per Conspicilla posse remota cernere; at nonnè multò præclariùs, si quis rem absque illis eminùs, ut cominùs, intuetur? Id nunc ante omnia certò persuasum habete, rem esse non modò possibilem, sed facillimam quoque, si ritè tractetur. Nec terreant Exempla eorum, qui totos annos fatigati, & tamen Herculeo molimine vix ultra Alphabethum progressi, tandem præ successus de-

desperatione irrita cœpta prorsus deseruere. Aberrarunt illi à legitima methodo, destituti quod nempe fideli manuductore. Ego autẽ viam vobis præmonstrabo, non anfractuosam illam, mihimet olim navigatam, sed quam nunc è portu cerno breviorem. Neque enim diffido, quò cochlea quæpiam vix integro Mense reptavit, & ipse difficili triduo pedes perveni, illuc equo pauculis horis, & citra lassitudinem devehere quemvis idoneum sessorem. Non onerabo vos regulis: sed utar peculiari stratagemate, quod hactenus clam habui. Vobis verò, quibus multum, ut Theologiæ Studiosis, plus ut Contubernalibus, plurimum ut Commensalibus debeo, liberaliter impertiar. Expectatis fortè, ut Ratichiano more, Præcepta prorsus eliminem? frustramini. Utcunque conatus Viri laudem, improbo tamen processum, aut nominent mihi eos, qui ex hac Didactica solidè profecerunt. Solent & Judæi nostrates, (quos fortassis æmulatus est,) absque Grammatica, mero usu, hanc Linguam aggredi. Vidi puerulos ipsorum septennes Mosen solâ exercitatione interpretantes: at non ignoro, adultiores demùm, & cùm jam ad Rabbinatum aspirant, artis Rudimenta necessariò ex Elia vel Kimchi addiscere. Facessant igitur hi magno

magno hiatu promissores, quos pollicitis tantùm divites fuisse, possessione verò pauperrimos, ex eventu constitit. Vos verò sic statuite, neutrum absque altero seorsim sufficere; Judæorum usum sine Arte incertum esse, vagum, perpetuoque fluctuantem: vicissim Christianorum Artem sine usu sterilem, nunquam frugi: adeoque nisi iter Usus dirigatur compasso Artis, semper oberrari periculosè. Eapropter utrumque stabili connubio jungendum esse semper suadeo. Hoc tamen discrimine, ut Artis Præcepta sint pauca, perspicua, vera, catholica, quibus tutò fidatur: Usus autem multus, qui Regulas applicatione illustret, experientiâ roboret, tandem continuitate suâ exerceat, habitumque inducat. Hunc in finem exhibeo Vobis hîc selectissima Præcepta ab omni superfluitate, quoad ejus fieri potuit, perpurgata: angusta verbis, Usu augusta. Præterea Conjugationum nova compendia: Vocalium vulgò neglectarum accuratam mutandi rationem. Paucas hîc Exceptiones, nullas singulares Anomalias metuite. Sejunxi omnes, & in complementum Artis reservavi. Quorsum enim adhuc tenellos offenderem ius, quæ tutò nescire potestis tam diu, donec ipso se Usu offe-

offerant, quo rectiùs omninò discuntur: Ars generalium est, non particularium: & maximum proficiendi compendium à minus usitatis secernere frequentiora, magisque necessaria; quæ Tyro primùm dignoscere nequit, fidelis autem Institutor indicare debet. Cæterum, ut procedendi modum nonnihil prænoscatis, viginti quatuor Horas ita bipertiar, ut Duodecim prioribus Artis Præcepta; posterioribus Usum addiscatis. Quod priores attinet, ne multitudine obruamini, distribuam labores inter vos, ut quod per se exiguum est, multò minus fiat dividundo: Vestrum sex sunt, singulis binæ cedunt horulæ, quibus singulas assignabo materias. Primus mihi Nomen *erit: Alter* Verbum: *Tertio* Anomala *tribuam: Quarto* Affixa: *Quintum* Vocales *manent: Sextum* Accentus. *Cum quolibet seorsim tractabo, quod suum est, quasi is mihi unus adesset, cæteris interim mutis assidentibus, & Pythagoreo more tantùm auscultantibus. Sic onus in tot humeros multiplicatum levius gestabitur, cùm quilibet sextam tantùm partem ferat: perinde ut olim ponderosissimum Arietem bellicum bajulabant multi, ad laterales uncos alligati, ut, quam singuli nequi-*

nequirent, portam effringerent universi. Posterioribus Duodecim totidem selectos Textus Biblicos resolvemus; EGO prælegam, Vos respondebitis. Si quis dualis vel pluralis occurret, Te Nomen appellabo! Si quod præteritum, futurumvé, Te Verbum! Si qua Punctorum mutatio, Tu Vocalis rationem reddes! &c. Nec quicquam offendemus, cujus explicationem non aliquis vestrûm jam teneat. Sic in memoria vestra vivam habebo Grammaticam: & ut Ethici suam felicitatem, bonumve virum non in uno quærunt Individuo, sed in multis: Ita ego Hebræi hominis Ideam contemplabor in vobis universis. Dum autem singuli suum depositum reddunt, eandemq; rem toties in medium conferunt, assuescent & cæteri, ac vel nescientes, perque lusum quasi, memoriæ mandabunt, ut propemodum è vultu Collegæ, & antequam os aperiat, quid prolaturus sit, agnoscant, adeoque prius se didicisse quàm discere sentiant; & quantum profecerint, ipsi mirentur. Proderit etiam posterioribus Horis vices permutare, ut, qui hodiè Nominis partes sustinuerit, cras Verbi personam induat, & sic omnes successivè in omnibus exerceantur. Haud dissimili ratione Lexicon

xicon quoque inter vos distribuam, uni Radices, ab Aleph, Beth, Gimel: alteri à Daleth, He, Vav, &c. inchoatas, assignabo, ut significata vocum, non è scripto Dictionario, cum aliqua temporis jactura, inquirere opus sit, sed è vivo penu vestro confestim citraque molestiam depromere sciatis. Si quam tamen rariorem Vocalem Ego supplevero, hærebit ea propter hoc ipsum firmiùs, quod extra ordinem inserta fuerit. Et in hoc omne Viginti quatuor Horas insumetis, quas (ne quis insolenter dictum existimet) non continuas intelligo, sed interruptas; neque enim durabile esset, quod alternâ requie privaretur. Ingeniosus aliquis quotidie binas impendere posset, sic Cursum Duodecim diebus absolveret; vel ternas, ut octiduo finiret. Ac licet quispiam singulas tantùm insumat, intermedio tempore toto vacet, num propterea periisse putabitis hunc Mensem, quo tam præclaram sibi scientiam acquisivit in omni vita profuturam? Quod si post primam Periodum diutiùs continuare invicem volueritis, liberum esto. Meâ verò deinceps non amplius indigebitis ovellâ, sed ipsimet vobis Doctores critis, quilibet ceteris in eo, quod ipse prin-

ciùs aliter didicit, sufficiens. Sed plura non addo, ne omne Mysterium simul & præmaturè prodam; quæ nunc reticui, oretenus tunc ordinabo. Id extremum vos precatus, velitis interim ab ardore vestro necquicquam remittere, sed certò statuere, quòd alacribus cuncta sint pervia. Valete, & Salvete.

à Vestro

Contuberny RECTORE

WILHELMO SCHICKHARDO,

Nono Kal. Mart.

CIↃ IↃC XXIII.

NOVA AD LECTOREM PRÆFATIO.

VIdes novam hîc, B. Lect. *Schickardiani Horologii* editionẽ: Splendidiorem illã prioribus, elegantiori expreſſam typo, & in charta nitidiori etiam correctiorem. Exemplar antiquum, Tubingæ editum A. 1623. Typographus ita imitatus eſt, ut regulæ regula, paginæ pagina reſpondeat: eorũ bono, qui ex hoc libello Ebraica vel docent alios, vel diſcunt ipſi, & priorem hactenus editionem manibus verſarunt, ne memoriæ illud ingens ad-

adminiculum pereat, quod *memoriam localem* vocant. Quæ ad eam, quam dixi, editionem monuit Vir Clar. Ecclesiæ Tubingensis eo tempore Diaconus, *Dn.* M. MATTHÆUS ESENWEIN, ea nunc intellige repetita. Dicam tamen in compendio. Regularum ordinem cum primis B. SCHICKARDI editionibus plane eundem habemus, ut verba etiam secuti simus. Numeros marginales, rudiorum bono additos a CL. ESENWEINIO, servavimus. Verborum schemata totidem columnis integre descripsimus. Particulas Ebræorum parvulas, Lexico studiose subductas, ad calcem Libri apposuimus. Indicem denique horarium Cl. Viro ad-

additum repetiimus. Ipsas edendi rationes non longe petimus. Poscebat eam Exemplarium distractio, & tyronum necessitas. Quæ alii vitia ipsi operi objecerunt, ea tyronibus gratificaturum morari non poterant. Nolumus hic SCHICKHARDUM cum WASMUTHO contendere: postquam Celeb. Viri opera passim regnant, & Ebraice doctissimis probata sunt. Ea tamen iniquior est censura, quam *Præfatio operis* in B. SCHICKARDUM strinxit. Certe enim, si ex scopo auctorum de Libellis fieri judicium oportet, ut certo certius oportet: non feriunt illa B. Virum, quæ contra sufficientiam Libri disputantur. Si splendida illa encomia, de HOROLOGIO

LOGIO sufficientissimo & accuratissimo, quod omnia tyroni hujus Linguæ necessaria exerto quasi digito methodicè & facilimè commonstret, (sic verba habent CL. ESENWEIN. *Præfat. ad Lect.*) Virum celeberrimum offendant: Scimus, non solere Libris imputari, si nimium æstimentur. An tamen id nimium sit, testari, quod horologium hoc omnia *tyroni* Linguæ *necessaria*, & facilime, monstret, id expeditum non est. Dabimus id laudibus B. Viri, ut testimonium exscribamus Viri, ut plerarumque omnium, sic & harum rerum peritissimi, VAL. ERN. LOESCHERI. Sic ille in de caussis L. Ebr. L. I. C. IX. §. 13. p. 118. „ GUIL. SCHICKHAR-

„HARDUS, REUCHLINI nomen apud „Tubingenſes reſtauravit multis „modis, magnaque felicitate & „brevi via ſanctam Linguam edo„cuit, quod vel ex notiſſimo ejus „HOROLOGIO cognoſcas. Si crebræ editiones bonitatem operis teſtantur, ingens oportet eſſe hujus opuſculi pretium. Si doctorum in hoc rerum genere Virorum judicio ſtandum eſt, non deſunt etiam, qui hocce opus commendarunt. Qui priores ſcripſerunt, ii meliora addere non prohibuerunt: qui poſteriores ſcribunt, priora non ideo contemnunt, quia rudiora ſunt. Quæ in noſtro cenſet Vir præ ceteris Ebraice doctiſſimus, ea ipſi cum vetuſtioribus plerisque omnibus

bus communia sunt, indice ipsa communi accusatione. Et possint sane in aliis culpari, in nostro hoc non possunt. Tyronibus iste opus suum dicavit, non doctoribus. Si, quæ Noster omisit, tuto initio nesciri posse tyroni largiatur Vir beatus, ut loco, quem diximus, largitur: Nos, ut vicem rependamus, etiam illa largiemur, sed minime tuto negligi posse Grammatico, & sufficientissimo quidem atque pleno. Scire id Grammaticum oportet, si tyronem scire non oportet, facile id negligat Grammaticum (non Systema, sed) Compendium, quod tyroni scribitur. Videmur ipsi extenuare opus: sed commendamus magis. Illud justum

Libri

Libri pretium est, quod nec infra operis merita descendit, nec ultra assurgit. Ea vera esse comendatio solet, quam à scopo sumas, ad quem ipse Autor collineavit. Sed dies postea diem docuit, ut posteriorum curæ meliores fuerint. Videbatur etiam suo tempore B. WASMUTHUS eo evexisse Ebraica, ut plus ultra nemo possit mortalium. Assurrexerunt certe Viro Clar. reliqui eo tempore omnes, & venerantur adhucdum Viri scripta, qui norunt ea, & judicare Ebraica didicerunt. Sed quæ communia sunt Litterarum omnium fata, etiam hîc meliora tempus dedit. *Tubingæ* scribi limatiora oportuit, ubi scribi pæne primo per REUCHLINUM

LINUM Ebraica cœperunt. Biennium est, & quod excurrit, ex quo Tubinga *Novas Linguæ Sanctæ Institutiones* dedit, & earum deinde *Compendium* emisit, auctore *Viro Digniß. atque Excellent. SS. Theol. & LL. Orient. apud nos Professore Celeberrimo*, MATTHÆO HILLERO, sumtibus, beati nunc, JOH. GEORG. COTTÆ, Bibliopolæ nostratis, etiam exteris, & post fata quoq; celebratissimi. Nō tentabimus Nos *Cel. Autoris* modestiam effusis laudibus. Satis illi Virum doctissimum norunt, qui, insuperabiles plerisq; creditas, infinitorum pænè Kerian & Kethiban difficultates, ipsum, accuratissimo etiam WAGENSEILII judicio, felicissimè resolvisse sciunt:

unt: & qui ſtupendo labore intricata Nominum propriorum per univerſum S. Codicem myſteria ipſum detexiſſe cogitant. Videtur nihil amplius accedere his meritis & huic laudi potuiſſe: Sed acceſſit tamen, & ingens cumulus. Solida certe hæc gloria eſt, revocaſſe, nunc *in Inſtit. Ling. Sanctæ*, multiplices anomaliarum evagationes ad regulam quamque ſuam: perveſtigaſſe litterarum arcana: Vocaliũ naturam, poteſtatem, differentias: Accentuum nova officia: Nominum novas formas detexiſſe: Literarum & transpoſitiones, & permutationes, & ablationes, & eliſiones, & abſciſſiones explicaſſe: & promiſcuè dictorum novas obſerva-

vationes addidisse, & quæ sunt alia ejus generis innumera. Sed vendibili sua præstantia vino Nos hederam non suspendimus. Tu L. B. si placet, vel ex hoc judica, quid in ipso opere sit præstitum: & utere aut Institutionibus istis, si possis, aut, si breviorem te esse oporteat, Compendio earum, vel hoc, quod manu teris, Horologio: Ad extremum vale, atque illi fave, qui etiam hac opera Tuis velificari commodis voluit. Script. Tubing. Cal. Mart. 1714.

עמי בסר עשו

INSTITUTIONUM LINGUÆ SANCTÆ

CAPUT I.

DE LECTIONE.

Docet legere:

1. CONSONANTES.
2. VOCALES.
3. TONUM rectè locare.

I. CONSONANTES.

I. HEBRÆI legunt retrorsum.

Habent id commune cum cæteris Orientalibus; à quibus tamen in eo differunt, quòd
1. singulas sigillatim ponunt: *cum Syri &*
Arabes cum Persis connectant. Et, ut Consonas
2. *ab invicem: Ita quoque* Vocales à Consonis separant, *ut interdum prorsus abesse possint.*

II. Consonantes numerant Viginti duas.

Quarum Nomina, Figuras, & Potestates *sequens exhibet Tabella.*

Nomina.	Figuræ.		Poteſtates.	
1. Init. & Med.	*2. Fin.*		*1. Literal.*	*2. Numer.*
ALEPH	א		*Aſpiratio lenis.*	1.
BETH	ב		B. β.	2.
GIMEL	ג		G. γ.	3.
DALETH	ד		D. δ.	4.
HE	ה		H. *Spir. Aſper.*	5.
VAV	ו		U. *Conſonans.*	6.
ZAIN	ז		Dſ.	7.
CHETH	ח		χ.	8.
TETH	ט		T.	9.
JOD	י		J. *Conſonans.*	10.
CAPH	כ	ך 500.	C. k. ch.	20.
LAMED	ל		L. λ.	30.
MEM	מ	ם 600	M. μ.	40.
NUN	נ	ן 700	N. ν.	50.
SAMECH	ס		S. σ.	60.
AJIN	ע		*Aſpiratio fortis.*	70.
PE	פ	ף 800.	P. φ. Ph.	80.
ZADE	צ	ץ 900.	Z. Tz.	90.
KUPH	ק		Q. K.	100.
RESCH	ר		R. ρ.	200.
SCHIN	ש/שׂ		Sh. Sch.	300.
THAV	ת		Th. θ.	400.

Opor-

Die von dem Jod an biß auf das Kuph werden trecenarii genent.

Oportet autem cautè inter ſimiles diſtinguere; *quod diſcrimen omne in apicibus & angulis conſiſtit: ut ex horum accurata collatione patet;* אצג בכנ דר החת וז טמסם דן פוץ: *Quæ* duplicem figuram *habent, uſurpant poſteriorem in* fine *tantùm, alteram aliâs ubique.*

III. Ratione pronunciationis diſtribuunt in Gutturales, Labiales, Palatinas, Linguales & Dentales.

1. *E'* Gutture *procedunt hæ quatuor:* אַהֲחַע
2. *Per* Labia *compreſſa prorumpunt:* בּוּמָף
3. *In* Palato *formantur totidem:* גִּיבָק
4. Linguales *ſunt quinque:* דַּטְלֶנֶת
5. *Per* Dentes *ſibilant totidem* זַסְצְרַשׁ

(vel per gingivas edentulorum.)

6. *Præcipua pronunciandi difficultas eſt in* Gutturalibus, *præſertim in* ע, *cujus ſonum hodie ignoramus, & cum* א *confundimus;* (quidam hodiè per *gn* legunt.)

7. Reliquarum *poteſtates variantur per Puncta; uti jam ſequitur.*

Ratione Officij Literas bipertiuntur in RADICALES, טָח סֵפֶר גֶּזַע צֶדֶק Scribens Librum Surculum Justitiæ: *& SERVILES*, מֹשֶׁה כָתַב אֵלֵינוּ Moses scripsit ad nos. *ISTÆ perpetuò sunt Radicales: HÆ non semper Serviles.*

IV. Schin cum dextro puncto sibilat crassiùs; exiliùs cum sinistro, *ut:*

שֵׁשׁ Schesch, *sex*,
שֶׂה sæh, *pecus*;

Quæ Puncta sæpè cum Holem coincidunt, ut:

מֹשֶׁה Moschæh, *Moses*,
שֹׂנֵא soneh, *hostis*.

V. Dagesch LENE literas Begadhephath indurat.

Punctum INTRA *literam dicitur* Dagesch. *Estque* duplex: *Lene & Forte.* 1.

Lene *est, quod ab initio, vel post Scheva scribitur: Cætera sunt* Fortia. 2.

Cum Leni literæ ב ג ד כ פ ת *sonant* duriusculè, B. G. D. C. P. T. *absque illo* ב ג ד כ פ ת aspiratè β. γ. δ. χ. φ. θ. 3.

Exempli Gratia:

Du-

Aſpiratè.			Duriuſcule.		
Pater, aβ,	אָב		*Filius*, ben,	בֵּן	
Feſtum, chaɣ,	חַג		*Hortus*, gan,	גַּן	
Manus, jaδ,	יָד		*Sanguis*, dam,	דָּם	
mollis, raχ,	רַךְ		*quoniam*, ki,	כִּי	
Finis, ſoφ,	סוֹף		*Os, oris*, pæ,	פֶּה	
Tempus, eθ,	עֵת		*Integritas*, tom,	תֹּם	

VI. Dageſch FORTE literas geminat, *ut:*

שִׁבֵּר ſchibber, *non* ſchiber, *fregit, &c. Accidit omnibus Literis, præterquam his Quinque:* א ה ח ע ר (niſi irregulariter.)

VII. Aleph quieſcit, cum vocali caret.

1. *Litera* quieſcere *dicitur, cùm non legitur*; Moveri *verò, cùm pronunciatur.*
2. *Quies* accidit quatuor Conſonis, א ה ו י *(quæ memoriæ causâ in Nomine Proprio* יְהוָה *comprehenduntur. Exemplum* א *eſto vox* רֵאשִׁית *principium; quam leges* Reſchit, *non* Rehſchit.

VIII. He finale nunquam legitur.

Ut חָכְמָה Chochma *non* Chochmah, *Sapientia. Nisi Puncto* Mappik *notetur, ut* גֹּבָהּ gofah, *altitudo.*

IX. Vav cum Holem & Schurek obmutescit, ***ut*:**

תּוֹהוּ *Inanitas, lege* tohu, *non* tovhuv. *Excipe,* quando duas habet contiguas Vocales; *tunc enim est* Dagesch, *non Schurek, ut:*

קוֹיִם *Expectantes, lego* kovim *non* koim.

צַוָּאר *Collum, lego* zaffar, *non* zavar.

X. Jod ***medianum***, vocali cassum, silet: at ***finale***, tantum post Hirek & Zeri, ***ut*:**

רַגְלָיו raglaf, *non* raglaif, *pedes ejus.*

כְּלֶיךָ kelæcha, *non* kelæicha, *vasa tua.*

פְּרִי peri, *non* perii, *Fructus.*

דִּבְרֵי difre, *non* difrei, *verba.*

Finale JOD, *cum cæteris vocalibus movetur, & coalescit in Quasi-Diphthongum, ut:*

יָדַי Jadai, *manus meæ.*

אֲדֹנָי Adonaj, *DOMINUS.*

גּוֹי Goi, *Gens.*

תָּלוּי talui, *suspensus.*

II. VO-

II. VOCALES.

XI. Vocales sunt quindecim.

1. Longæ.

Kamez	־	A *obscurum.*
Zeri	ֵ	E
Hirek magnum	ִי	I
Holem	ֹ	O, *o.*
Schurek	וּ	U, *u.*

2. Breves.

Pathach	ַ	a *clarum.*
Sægol	ֶ	æ
Hirek parvum	ִ	i
Kamez hatuph	ׇ	o *obscurum.*
Kybbutz	ֻ	ü *Gallicum.*

3. Brevissimæ.

Scheva	ְ	ε
Patha genusa	ַ	α
Hateph-patha	ֲ	α
Hateph-sægol	ֱ	αι
Hteph-kamctz	ֳ	o *obscurum.*

4. Differentiam inter similes, *Patha*, *scil. simplex*, & *Patha Genusa*; *Item*, *inter Kametz hatuph*, & *Hateph-Kamez*, *reperies mox infrà*, *Regulis 12. & 24.*

XII. Patha Genusa legitur ante Consonas ה ח ע.

Habet communem figuram cum vulgari Patha, sed in eo differt, quòd rariusculè, nec nisi ferè *sub ultimis* ה ח ע *reperitur, ac ante ipsas enunciatur, ut:*

אֱלֹהַ Æloah, *non* Æloha, *DEUS.*
מָשִׁיחַ Maschiach, *non* Maschicha, *Messias sive CHRISTUS.*
יֵשׁוּעַ Jeschua, *Salvator, JESUS.*

XIII. Scheva legitur ab Initio; sub Dagesch; post longam; (*Accentu Tonico carentem,*) & post socium.

Ab Initio,	כְּלִי	keli, *vas.*	1.
Sub Dagesch,	שַׁבְּחוּ	Schabbechu, *laudate.*	2.
Post longam,	נָתְנוּ	nathenu, *dederunt.*	3.
Post Socium,	וְלִמְדוּ	jilmedu, *discent.*	4.

Sic etiam, secundum nonnullos, sub Dagesch intellecto, ut: 5.

וַיְהִי vajehi, *& fuit, pro* וַיְהִי

Exci-

6. *Excipitur à quibusdam initiale Scheva in voce* שְׁתַּיִם, *schtajim duæ, & derivatis.*

XIV. Quiescit ante socium Scheva; post brevem; atque in fine.

1. *Ante Socium,* יִשְׁמְעוּ jischmeu, *audient.*
2. *Post brevem,* מִשְׁפָּט mischpat, *Judicium.*
   בַּרְזֶל bardsel, *ferrum.*
3. *In Fine,* קְשְׁטְ koscht, *Veritas.*

XV. Voces circello notatæ, aliter leguntur ac scriptæ sunt.

1. *Sic verbi gratiâ illud* 2. Reg. XIIX. 27. שֵׁנֵיהֶם *legitur, non secundùm Consonas, sed Vocales* מֵימֵי רַגְלֵיהֶם meme Raglehæm, *aquas pedum suorum, (urinam) ex antiquissima consuetudine.*

2. *Hujusmodi diversæ Lectiones, juxta* Eliam Levitam, *Germanum in Bibliis sunt 848. comprehensæ signo:* קְרֵיוְכְתִבְן, *inter quas semper illa verior, quæ in margine ponitur, non quæ in Textu.*

Ad eas refertur Nomen Tetragrammaton, יהוה, *quod, si punctatur* יְהוִֹה, *legendum est* אֱלֹהִים; *si verò punctatur* יְהוָֹה, *efferendum est* אֲדֹנָי. *Nam Vocales ejus sunt mutuatitiæ tantùm, atque iis per se caret, nec ante avorum nostrorum memoriam quisquam aliter pronunciavit.*

III. TONUS.

XVI. Tonus plerunque est in Ultima.

Vox tunc dicitur Milrà, *ut* יִשְׂרָאֵל Jisrael, *Israel.*

XVII. Sed penacuta sunt, quæ in ־ו vel ׃ desinunt.

Dicuntur Milhel, *accentu in penult. posito, ut:* 1.

אֲבִיגַיִל	*perperam Abigail.*
אֲבִימֶלֶךְ	*prolatæ Abimelech.*
בֵּית־לֶחֶם	*per Bethlechem.*

Huc refer, quæ Patha vicarium pro Sægol habent, *(quod tantùm propè* החע *accidit, vide Regulam 137.) ut:* 2.

בַּת־שֶׁבַע Bathschæba, *Bathsabea;*

Exci-

3. *Excipitur autem Sægol ante* הָמָן Haman, *hoc est, ante He Radicale, Mem, & Nun servilia, (stat enim tum Sægol pro Kamez, differentiæ gratiâ,) ut:*

מֹשֶׁה Moschæ'h, *Moses.*
פְּנֵיכֶם penechæ'm, *facies vestræ.*
שְׁמַרְתֶּן schemartæ'n, *custodiistis fæm.*

XVIII. Item, quæ in servilia הָ נָה יָךָ תָ תִי נִי מוֹ נוּ הוּ terminantur.

1. Illud *fiebat ratione* Vocalium: Hoc *verò respectu* Consonarum, *ut:*

אֲחוֹתֶיהָ achotæ'ha, *sorores ejus.*
תִּשְׁכֹּנָה tischcónna, *habitabunt, fæm.*
דְּבָרְיךָ defaræ'cha, *verba tua.*
חָפַצְתְּ chapházta, *voluisti.*
יָכֹלְתִּי jachólti, *potui.*
עֲזַבְתָּנִי azaftáni, *deseruisti me.*
לָמוֹ lámo, *eis.*
(יִשְׂמְחוּ) jismáchu, *lætabuntur.*
אֲחָזְנוּ achádsnu, *apprehendimus.*
יַצִּילֵהוּ jazziléhu, *eripiet eum.*

2. *Huc refer* ה *Paragogicum & Locale; (de quo agitur Regula 102. & 114.) ut:*

לַיְלָה láilah, *Nox.*

Sed

Sed excipe; *si Scheva mobili (simplex, aut compositum) præcedat, ut:* 3.

אַסַּפְּרָה asapperáh, *annunciabo.*
לְשׁוֹנֵךְ leschonechá, *lingua tua.*
(גַּדְּלוּ) gaddelú, *magnificate.*
(צָעֲקוּ) zaakú, *clamarunt.*

EXEMPLUM

Lectionis esto versus 8. Cap. III.

Sophoniæ, qui singulas Alphabethi Literas, etiam Finales continet.

לָכֵן חַכּוּ־לִי נְאֻם־יְהוָה לְיוֹם
lejóm Adonái neúm li chakku Lachen
קוּמִי לָעַד כִּי מִשְׁפָּטִי לֶאֱסֹף גּוֹיִם
gojím lææsóph mischpatí ki leád kumi
לְקַבְּצִי מַמְלָכוֹת לִשְׁפֹּךְ עֲלֵיהֶם
alehǽm lischpóch mamlachót lekófzí
זַעְמִי כֹּל חֲרוֹן אַפִּי כִּי בְאֵשׁ קִנְאָתִי
kinathi beésch ki appí charón kól dsamí
תֵּאָכֵל כָּל־הָאָרֶץ׃
haárez kól teachél

Ideò expectate me, inquit Dominus, ad diem, quo surgam tandem, quia decretum meum est colligere Gentes, ut congregem Regna, ad effundendam super eos indignationem meam, omnem furorem iræ meæ. Quoniam in igne zeli mei devorabitur universa terra.

CA-

CAPUT II.
DE SCRIPTIONE.

Docet exarare

1. CONSONAS.
2. VOCALES.
3. NUMEROS.
4. CURRENTES LITERAS.

ORTHOGRAPHIA utriusq; Dageſch differtur in proprium Caput.

I. CONSONÆ.

XIX. Literæ ſunto æquialtæ, transverſim craſſiuſculæ, deorſum tenuiores.

1. *Ad hoc præſtandum, oportet Calamum ſiniſtrâ Parte breviùs abſcindere, & inter ſcribendum obliquè tenere.*
2. *Pertinet etiam ad decus Literarum, ut* in modum flammæ *acuminentur; Hanc Calligraphiam feliciùs autopſia, quàm Regulæ docent. Vide ergò, ut Literas invicem ſitu, & cognatas angulis apicibusque probè diſcrimines.*

Porrò

Porrò Majusculas *non habent Hebræi, ne Initio quidem. Nam quæ grandiores alicubi, vel etiam minutiores occurrunt), cum suspensis) sunt Mysticæ*, de quo alibi Philologi Sacri. 3

XX. Sex Dilatabiles, אֹהֶלְתְּהֹם complementi vel ornatus gratiâ diducuntur.

Nam voces sub lineæ finem dividere non solent, sed aut hiatum hisce longioribus explere, aut sequentium aliquas superfluè sine Punctis apponere. 1

Accidit hæc Dilatatio in Manuscriptis, etiam Literis Beth, Gimel, Daleth, Resch, *atque* Schin; *Ubi insuper* He, Cheth, *&* Tav, *cum Gibbis antiquius pictæ visuntur;* Pe *verò etiam in se reflexum, & reduplicatum, ac quasi prægnans.* 2

XXI. Quinque Finales מְנַצְפַּךְ in dictionum clausulis extenduntur, *ut*:

מוּם *macula*, נִין *filius*, צִיץ *flos*,
חָפַף *texit*, זָכַךְ *purus fuit*.

Sed

1. *Sed crescente voce, vulgarem formam reassumere memento, ut* צִיצִים *flores.*

2 *Quod verò* Mem *Esaiæ IX. 7. in media voce* לְסַרְבָּה ad multiplicandum, *clauditur; id totum, (& plura ejusmodi) Mysticum est:* de quo vid. noſtr. Infund. & Buxtorff. Tiberias.

II. VOCALES.

XXII. Holem mutabile, vel conſtructionis, vel prope indageſchabiles, ſcribitur absque Vav; Cætera, præſertim Characteriſtica, cum illo.

Non perinde est, an cum, vel sine Vav *scribatur:* Sed ſcribitur defectivè;

1 *Quando est mutabile, (ut in penultimis Nominum Milhel, & ultimis Syllabis Verborum.)*

2 *Vel in Regimine positum;*

3 *Aut contiguè attingit Literas* א ה ח ע ר;

4 *Aut vicinum est alteri* Vav, *vel* Jod;

Verbi Gratia:

קֹדֶשׁ *Sanctitas.* יַעֲבֹר *serviet.*

Cata-

אֲרֻבֹּת הַשָּׁמַיִם *Cataractæ Cœli.*
מְאֹד *valdè.* כֹּחַ *Virtus.*
עוֹלָם *Seculum.* רֹאשׁ *Caput.*
גְּדוֹלוֹת *magnæ.* אֲדֹנָי *Domini mei.*

Extra hos casus plerumque habet sustentaculum *suum* Vav, *ut* כוֹכָב *Stella; Præsertim si illud sit radicale, aut formativum.* 5.

ut עוֹף *avis.* תּוֹחֶלֶת *spes.*

Excipiuntur *tamen multa utrinque Anomala, quæ Masora* (i. e. Critica Ebræorum sacra) *passim Literis* חֲ, *hoc est,* חָסֵר deficiens, *&* מַ, *hoc est,* מָלֵא redundans, *notavit.* 6.

XXIII. Holem à contiguo puncto ש absorbetor.

Sive Dextrum præcedat, ut קְדֹשִׁים *sancti.*
Seu Sinistrum sequatur, ut שֹׂנְאַ *hostis.*

XXIV. Kamez-chatuph ante Scheva (expressum, vel intellectum,) privetur Punctis, *ut*:

קָרְבָּן *Oblatio. Intelligitur autem Scheva* 7.
sub Dagesch, vel Litera finali mobili, ut:

חָנֵּנִי *miserere mei.* כָּל- *omnis.*

Quæ

Quæ ex consecutione Scheva, Dageſch, aut Maccaph, facilè à Kametz magno diſcernuntur.

2. *Nihilominus autem Rudioribus etiam* חָנֵנִי & קָרְבָּן *cum Punctis ſcribuntur, inſtar breviſſimi Hateph-Kametz, quod ſolis ferè Gutturalibus ſubjicitur, ut:*

אֳנִי *Navis.* עָנִי *Afflictio.*

XXV. Scheva mutum inſcribitur omni ד finali non kametzato, *ut:*

הָלַךְ *ambulavit.* מֶלֶךְ *Rex.*

Æmulantur id Literæ Begadkephat, *poſt ſocium Scheva, ut* יִפְתַּח *dilatet.*

III. NUMERI.

XXVI. Monadici exprimuntur Novem prioribus Literis; Denarii Novem ſuccedaneis; Centenari reliquis.

א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט
1	2	3	4	5	6	7	8	9
י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ
10.	20.	30.	40.	50.	60.	70.	80.	90.
ק	ר	ש	ת					
100.	200.	300.	400.					

Reliqui Centenarij vulgariter ex minoribus coacervantur: Apud Cabbaliſtas verò & Maſorethas Literis finalibus *deſignantur.*

תק	תר	תש	תת	תתק
ך	ם	ן	ף	ץ
500.	600.	700.	800.	900.

XXXVII. Intermedii ex his componuntur, majore ſemper præmiſſo.

Ut { 57. 44. 33. 21. 12. } *&c.*
{ נז מד לג כא יב }

At pro יה, *quod eſt è nominibus Divinis, uſurpatur reverentiæ cauſa æquivalens* טו 15. *Ordo iſte negligitur, quando Numerus aliquis* memoriali Symbolo *aptè includi poteſt; verbi gratiâ, Parſcha Bereſchit, ſive prima ſectio Geneſeos tot verſus continere dici-*

dicitur, *quot valet Nomen* אֲמַצְיָה Amasias *in Numeris*, *scil.* 146. *Succedens Parscha Noæ*, 153. *quot Symbolicum Nomen* בְּצַלְאֵל Bezaleel, &c. *Sic* Annus 1621. *latet in versiculo* 10. *Psalm. CXI.*

רֵאשִׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה׃

Principium Sapientiæ Timor DOMINI.

9. *Usus Numerandi etiam insignis est in* Cabbala, *ubi quæ in Numeris æquivalent*, *per se mutuò explicari putantur*, *v. gr. illud Genes. Cap. XLIX. v. 10.* יָבֹא שִׁילֹה veniet Schilo, per מָשִׁיחַ Messiam, *quorum utrumque* 358. *complectitur*, *quam interpretandi rationem* Gematriam *vocant*, de qua Buxtorff. *in Abbrev.* & Hacklpan. *not. miscell.*

IV. CURRENS SCRIPTURA.

XXXVIII. In manuscriptis usurpantur alii Characteres.

1. *Habent enim Hebræi*, *æquè ut aliæ Linguæ*, *varias literarum formas.*

2. *Principalis*, *& quâ sacer Codex describitur*, *dicitur* מְרֻבַּעַת quadrata, *estque Duplex:*

Vetus, *pinguior illa & undulata, proinde elegantior habita, sed distinctu difficilior: &* 3.

Nova, *visu quidem gracilior, expeditior tamen scriptu.* 4.

Præter eas variæ sunt vernaculæ, Curren- 5.
tes *vulgo appellatæ, & singulis ferè Gentibus suæ peculiares.*

Hispanis *minuta & continua* מוּעַלַאק 6.
dicta, ubi Jod & Vav mediis Beth, Daleth atque Resch inseruntur, cæteræque omnes Arabico more cohærent. Cujus Elias in Thisbi meminit.

Gallis, *laxior & inæquabilis, qualis visi-* 7.
tur in Titulis Bibliorum, & Commentariis à Roberto Stephano editis.

Italis *rotunda, exilis & pulchra,* מַשְׁקִיט 8.
vocata, quâ Veneta olim, & hodie Basileensia Biblia sunt excusa; ea probatur doctis, & reliquis præfertur.

Nostratibus denique Judæis in Germania 9.
degentibus, crassa rudisque מְעֻשְׁיט *denominata, quâ Libros Minhagim, & consimiles nugas exprimunt, à quibus ipsis tamen in Manuscriptis multipliciter variant, prout quilibet manu suâ melius pingit vel deterius. In Majusculis quoq; mirè luxuriant, quod ipsa Lectio in Commentariis Rabbinorum docebit.*

XXIX.

XXIX. Adhibentur etiam Scripturæ Compendia.

1. *Quæ barbarè* Abbreviaturas, *Rabbinicè verò* רָאשֵׁי תֵיבוֹת Capita dictionum *appellant. Nam ut latinè* l. *librum*, c. *caput*, v. *versum*, p. m. *piæ memoriæ*, q. d. *quasi diceret, significat: Ita Hebraicæ Consonantes quædam apicibus notatæ integras Voces denotant.*

Sic significat Exempli gratia:

dixit,	אָמַר	א׳
Nomen, h. e. Deus,	הַשֵּׁם	ה׳
	הַקָּדוֹשׁ בָּרוּךְ הוּא	הק״בה
Sanctus Ille Benedictus, hoc est, Deus.		
	זִכְרוֹנוֹ לִבְרָכָה	ז״ל
Memoria ejus sit in Benedictione.		
Scriptum,	כְּתִיב	כ׳
Non extat,	לֵית	ל׳
Clausum,	סְתוּמָה / ססס *vel*	ס׳
Apertum,	פְּתוּחָה / פפפ *vel*	פ׳
Lectum,	קְרִי	ק׳
Magister,	רַבִּי	ר׳
	רַבִּי שְׁלֹמֹה יַרְחִי	רש״י

Rabbi Salomon Jarchi.

vult dicere. לֵאמוֹר רוֹצֶה לְ

Et Sexcenta talia, quæ pridem alij collegerunt.

Interdum ultimas tantùm ſerviles reſe- 2.
cant.

ut תּוֹר *pro* תּוֹרָה *Lex.*

Alias Græcorum more Literas non conne- 3.
ctunt, niſi ל & א, *quæ Rabbini conjunctim, inſtar inverſi Pe finalis pingunt* ל.

Item, in Nomine DEI, quod nonnulli ſic 4.
יְיָ *exprimunt, alij ſic* יי, *plerique ſic* ירוד He *mutilato, vel in* Daleth *converſo, quo modò etiam paſſim in Talmud* אלקיכם *pro* אלהים *ſcribere ſolent,* He *contraria ratione, inſtar* Kuph, *prolongato.*

CAPUT III.

DE NOMINE.

Tradit Nominum:

1. FORMAS.
2. GENERA.
3. NUMEROS.
4. REGIMEN, quod eſt loco CASUUM; DECLINATIONES enim alias non habent.

DE MUTATIONE NOMINUM cum SUFFIXIS dicetur infra Cap. IIX.

1. FOR-

I. FORMA.

XXX. Nomina formantur à Verbis, *ut:*

מֶלֶךְ *Rex, à Radice* מָלַךְ *regnavit.*

1. Rariùs ordine inverso Verba descendunt à Nominibus, *ut:*

הֶאֱזִין *audivit, ab* אֹזֶן *Auris.*

2. *Porrò, ut Verba vel perfecta sunt, vel Imperfecta: Ita quoque Nomina inde deducta.*

3. *Utraque autem,* Perfecta *vel* Imperfecta *Nomina, sunt vel:*

4. Nuda, *quæ solis Radicalibus Literis constant, vel*

5. Aucta, *quæ præter Radicales etiam Serviles Literas adjunctas habent.*

6. Nuda *iterum sunt vel* Levia, *vel* Gragia, *vel* Milhel.

7. Aucta *verò vel utrinsecus, (hoc est, ab initio, vel fine tantùm) vel utrinque.*

Hanc Formarum varietatem nosse multùm juvat, ideò eam prælibabimus.

XXXI. *Levia* desinunt in Vocalem longam, præcedente longâ, vel Scheva.

Dicuntur Levia, *quia oriuntur ex levi* 1.
Conjugatione Kal, *nec ullo Dageſch forti one-*
rantur. Sunt autem, pro diverſitate termi-
nationum, quintuplicia.

I. Claſſis deſinit in Kametz, *ut:* 2.

דָּבָר *Verbum.* גּוֹרָל *Sors.*
שִׁכָּר *Sicera.* עוּגָב *Organum.*
כְּתָב *Scriptura.*

II. *Finitur in* Zeri, *ut:* 3.

שָׁכֵן *Vicinus.* רוֹגֵל *Obtrectator.*
תֵּבֵל *Orbis.* זְאֵב *Lupus.*

III. *Exit in* Hirek magnum, *ut:* 4.

קָצִיר *Meſſis.* אוֹכִיל *Cibus.*
כְּסִיל *Stultus.*

IV. *In* Holem, *ut:* 5.

גָּדוֹל *Magnus.* קִיטוֹר *Fumus.*
אֵזוֹב *Hyſſopus.* תְּהוֹם *Abyſſus.*

V. *In* Schureck, *ut:* 6.

חָרוּל *Urtica.* אֲבוּס *Præſepe.*
זְבוּל *Habitaculum.*

Obſerva tamen, quod pro priori Scheva 7.
ſub Gutturalibus locentur cognatæ Voca-
les compoſitæ, *ut:*

אֱוִיל *Stultus.* חֲמוֹר *Aſinus.*

Quæ novas propterea Formas non conſti-
tuunt, ſed ad præcedentes, כְּסִיל & תְּהוֹם *re-*
ducuntur.

XXXII.

XXXII. *Gravia* desinunt in longam præcedente brevi; quam Dageſch ſequitur.

1. *Ab hoc* Dageſch *denominantur* Gravia, *& Originem ducunt ex Pihel atque Pyhal. Suntque rurſus quinque* Claſſium.

2. I. *Terminata in* Kametz, *ut*:
גַּנָּב *Fur.* אִכָּר *Agricola.*
סֻלָּם *Scala.*

3. II. *In* Zeri, *ut*:
מַקֵּל *Baculus.* אִלֵּם *Mutus.*
כֻּסֵּם *Spelta.*

4. III. *In* Hireck magnum, *ut:*
אַדִּיר *Magnificus.*

5. IV. *In* Holem, *ut:*
צִפֹּר *Paſſer.* סֹבֵל *Onus.*

6. V. *In* Schureck, *ut*:
תַּנּוּר *Furnus.* שִׁקּוּץ *Abominatio.*

7. *Huc etiam pertinent*, quorum Dageſch quidem omiſſum eſt, ſed aliâ Vocali compenſatum, *ut:*
גַּחֶל *Pruna.* חֵרֵשׁ *Surdus.*
חָרָשׁ *Faber.* סָרִיס *Evnuchus.*
Pra סָרִיס חָרָשׁ *&c. ad Analogiam* אַדִּיר גַּנָּב.

XXXIII. Penacuta sive *Milhel* desinunt in breve Sægol, præcedente mutabili.

Subdividuntur in quatuor Formas: 1.

I. *Ubi aliud* Sægol *præcedit, ut:* 2.
צֶדֶק *Justitia.*

II. *Ubi* Zeri, *ut,* סֵפֶר *Liber.* 3.

Aliqua tamen indifferenter quinque vel 4.
sex Puncta habent, ut:
שִׂכְלוֹ & שֶׂכְלוֹ *Ingenium.*

III. *Ubi* Holem *cassum, hoc est, absque* 5.
Vav scriptum, ut: קֹדֶשׁ *sanctitas.*

IV. *Ubi* Kametz: *& tunc media semper est* 6.
Vav, ut מָוֶת *Mors.*

Et hæ Formæ omnes, ratione Vocalium, 7.
in incremento vocis variè sunt mutabiles.

Porrò accidit sæpissimè propter Literas 8.
ה ח ע, *ut, pro Sægol, desinant in* Patha Vicarium, *ut:*

יֶשַׁע *Salus.*	נֵצַח *Æternitas.*
נַעַר *Puer.*	גֹּבַהּ *Altitudo.*

Et referuntur huc quoque Imperfecta pau- 9.
ca, quæ pro Sægol habent Scheva mutum, ut:

חַטְּאָ *Peccatum.*	קְשְׁטְ *Veritas.*
שְׁוְא *Vanitas.*	

XXXIV.

XXXIV. *Aucta initio tantùm*, pleraque Mem gerunt in fronte, & terminantur in longam.

1. *Prima radicalis adsciscit Scheva, quando aliqua* Hæimantica, *sive formativa Litera præponitur. Proinde illa præliminaris Litera brevem Vocalem nanciscitur, plerunque Patha, interdum Hireck, ut:*

מַכְאוֹב *Dolor.* מַשְׁעָן & מִשְׁעָן *Baculus.*
מִזְמוֹר *Psalmus.* מִשְׁפָּט *Judicium.*
מַשְׂכִּיל *erudiens carmen.* מַטְמוֹן *Thesaurus.*

2. Quædam Aleph præmittunt, *ut:*

אַבְנֵט *Baltheus.* אַכְזָב *Fallax.*

Sed crebrius cum Sægol, *ut:*

אֶשְׁכּוֹל *Botrus.* אֶצְבַּע *Digitus.*

3. Nonnullæ Thav in fronte gerunt, *ut:*

תַּמְרוּק *Absterforium.* תַּלְמִיד *Discipulus.*

4. *Pauca* Jod *vel* Nun, *ut:*

יַלְקוּט *Pera.* יְצְהָר *Oleum.*
נַפְתּוּל *Luctatio.*

XXXV. *Aucta fine tantùm*, partim assumunt Nun vel

vel Jod, partim He vel Thav.

Priora sunt Masculina, *ut:* 1.

קָרְבָּן *Sacrificium.* שִׁלְטוֹן *Potestas.*
גַּרְזֶן *Securis.* נָכְרִי *Extraneus.*

Posteriora verò Fœminina, *& satis frequentia.* 2.

Quæ in ה- desinunt, vel habent Scheva mobile sub prima, *ut:* 3.

בְּרָכָה *Benedictio.* נְגִינָה *Concentus.*
בְּהֵמָה *Jumentum.* בְּשׂרָה *Nuncium.*
גְּבוּרָה *Potentia.*

Vel Scheva mutum sub media, *ut:* 4.

שַׂלְמָה *Vestis.* שִׂמְחָה *Lætitia.*
חֶרְפָּה *Probrum.* חָכְמָה *Sapientia.*
שְׂמְאָה *Immundities.*

Rariùs gravantur per Dageſch, *ut:* 5.

יַבֶּשָׁה *Arida.* שִׁמְּטָה *Intermissio.*
סְגֻלָּה *Peculium.*

Quæ autem in Thav desinunt, ut plurimum habent Sægol, vel Patha vicarium, *ut:* 6.

אַדֶּרֶת *Paludamentum.* נְחֹשֶׁת *Æs.*
גְּבֶרֶת *Hera.* שִׁבֹּלֶת *Spica.*
אִוֶּלֶת *Stultitia.* כְּתֹנֶת *Tunica.*
עֹפֶרֶת *Plumbum.* תּוֹלַעַת *Vermis.*
כַּפֹּרֶת *Propitiatorium.* סַמָּנֶת *Apostema.*

Ali-

7. Aliquando habent Hireck vel Schureck, *ut*:

גָּפְרִית *Sulphur.* שְׁאֵרִית *Reſiduum.*
רֵאשִׁית *Principium.* מַלְכוּת *Regnum.*
כְּסִילוּת *Stoliditas.*

XXXVI. *Utrinque aucta* incipiunt à Mem vel Thav, & deſinunt in He vel Thav.

מִלְחָמָה *Bellum.* מַרְחֶשֶׁת *Cacabus.*
מַרְכֶּבֶת *Currus.* מִשְׁקֶלֶת *Perpendiculum.*
מַהְפֵּכָה *Subverſio.* תִּפְאָרָה *Ornatus.*
מִגְעֶרֶת *Exitium.* תַּרְדֵּמָה *Sopor.*
מִשְׁפָּחַת *Familia.* תַּנְחוּמָה *Conſolatio.*
מֶמְשֶׁלֶת *Dominium.* תִּפְלָצֶת *Horror.*
תִּלְבֹּשֶׁת *Veſtitus.*

2. Rarò ab Aleph inchoatur, *ut*:

אֶצְעָדָה *Armilla.*
אַשְׁמוּרָה & אַשְׁמֹרֶת *Vigilia.*

XXXVII. *Imperfecta* Conjugationum ſuarum Anomalias ſequuntur.

Quem-

Quemadmodum Anomala Verba *inter* 1.
conjugandum quasdam Literas vel mutant, vel amittunt: Ita Nomina inde derivata easdem imperfectiones sustinent. Quod particulariter per præcipuas Species declarabo:

I. A Defectivis Pe Nun *orta, primam* 2.
Radicalem sæpè per Dageschabscondunt, ut:

הַצָּלָה *Liberatio.*
à Radice נָצַל *Evasit.*
Sic מַבּוּל *Diluvium.*
à Radice נָבַל *Cecidit.*

II. A Geminatis *oriundæ, plerunque alte-* 3.
ram similium amittunt, qui defectus in Nudis *à tergo per longam mutabilem; In* Auctis *verò per Dagesch post brevem indicatur; ut:*

חֹם *Calidus.* מָעֹן *Robur.*
קֵן *Nidus.* זִמָּה *Facinus.*
תֹּם *Integritas.* סֻכָּה *Tugurium.*
מָסָךְ *Tegumentum.* תְּפִלָּה *Oratio.*
מָגֵן *Scutum.* מְגִלָּה *Volumen.*

à Radicibus:

חֹמֶם, קִנֵּן, תֻּמַּם, &c.

III. A Quiescentibus Pe Jod *derivata,* 4.
Jod Nudum abjiciunt; vel à fronte tegendum, in Vav-Holem mutant, ut:

דֵּעַ *Scientia.* עֵצָה *Consilium.*

מוֹשָׁב

מוֹשָׁב *Sedes.* תּוֹכַחַת *Increpatio.*

à Radicibus:

הוֹכִיחַ, יָשַׁב, יָעַץ, יָרַע.

5. IV. E Verbis Ajin Vav, vel Jod, *enata, eas vel per immutabile Kametz & Zeri occultant, ut:*

עָב *Nubes.* גֵּר *Peregrinus.*

לָצוֹן *Derisio.* צֵדָה *Viaticum.*

à Radicibus:

עוב, גור, לוץ, &c.

6. *Vel per cæteras longas ostentant, ut:*

שִׁיר *Canticum.* אוֹר *Lumen.*

מָקוֹם *Locus.* תְּבוּנָה *Intelligentia.*

7. V. A Lamed He *Originem trahentia, mutant illud in Jod, (rarius in Vav,) vel prorsus abjiciunt, ut:*

פְּרִי *Fructus.* אָב *Pater.*

עָנִי *Afflictus.* בֵּן *Filius.*

עָנָו *Mansuetus.* בִּנְיָן *Ædificium.*

גָּלוּת *Exilium.*

8. *Observa tamen*, in omnibus formis multa manere prorsus regularia, *ut:*

מְנוּחָה *Quies.* לֵב *Cor.*

יֶלֶד *Puer.* קֵצָה *Finis.*

II. GE-

II. GENUS.

XXXVIII. In Radicalem, vel יִן desinentia sunt Masculina, *ut:*

חֹשֶׁךְ *Tenebræ.* מַעֲנֶה *Responsum.*
מָוֶת *Mors.*

à Radicibus.

חָשַׁךְ *Opacus fuit,* עָנָה *Fatus est,*
מוּת *Obire.*

Sic quoque: תָּו *Signum.* 1.
חֳלִי *Morbus,* חֶשְׁבּוֹן *Numerus.*

Licet sint à Thematibus: תָּוָה *Signavit.* 2.
חָלָה *Ægrotavit.* חָשַׁב *Supputavit.*

XXXIX. In servilem He, vel Thav finita, sunt Fœminina.

Quæ major est facilitas, quàm Latinitatis. 1.
מִלְחָמָה *Bellum.* סִכְלוּת *Stoliditas.*

à Radicibus.

לָחַם *Oppugnavit.* כָּסַל *Desipuit.*

Huc refer, quæ res naturâ vel arte duplicatas significant, *ut:*

עֵי

עַיִן *Oculus*, רֶגֶל *Pes*,
חֶרֶב *Gladius anceps.*

3. Item, alia quædam, *ut*:
אֶבֶן *Lapis*, בֶּטֶן *Venter.*

4. *De propriis mulierum & muliebrium Officiorum monere non opus est.*

5. *Pauca sunt* Communia, *ut*:
זָקָן *Barba*, רוּחַ *Spiritus.*
לָשׁוֹן *Lingua*, אֶרֶץ *Terra.*
דֶּרֶךְ *Via*, נֶפֶשׁ *Anima &c.*

6. Neutra *verò Hebræis sunt nulla prorsus.*

XL. Fœmininum formatur à Masculino in ה֫,

Ut טוֹב *Bonus*, טוֹבָה *Bona.*

1. *Observa*, ה, *prius tollendum esse, si adsit, ut:*
יָפֶה *Pulcher*, יָפָה *Pulchra.*

2. *Et Gentilia tantùm Thav assumere, ut:*
מִצְרִי *Ægyptius*, מִצְרִית *Ægyptia.*

III. NUMERUS.

XLI. Dualis formatur à singulari in יִם֫ *ut:*

יוֹם *Dies*, יוֹמַיִם *Biduum.*

Nota, C

Nota, He ſervile, ſi adſit, prius in Thav mutatur, ut: 1.

שָׁנָה *Annus,* שְׁנָתַיִם *Biennium.*

Pauca ſunt Dualia tantùm, ut: 2.

מַיִם *Aquæ,* שָׁמַיִם *Cœli.*

XLII. Pluralis Maſculinorum formatur à ſuo ſingulari in ים. *ut:*

צַדִּיק *Juſtus,* צַדִּיקִים *Juſti.*

Ubi ה. *ſimiliter prius auferendum eſt, ut:* 1.

יָפֶה *Pulchri.*

Pauca Chaldaico more terminantur in ין. *ut:* 2.

מְלָכִין *Reges, Proverb. XXXI. 3.*

Quædam ſunt Pluralia tantùm, ut: 3.

פָּנִים *Facies,* חַיִּים *Vita.*

XLIII. Pluralis Fœmininorum formatur à ſuo ſingulari in ות ab-jectis He vel Thav ſervilibus, *ut:*

מְדִינָה *Provincia,* מְדִינוֹת *Provinciæ.*

Nam ubi Conſonæ auferri jubentur, illarum quoque Vocales ſimul tollendæ ſunt. 1.

2. *At* Schureck *in Jod Dageschatum & Kybbutz resolvitur, ut:*

מַלְכוּת *Regnum,* מַלְכֻיוֹת *Regna.*

XLIV. Quædam Masculina Pluralem formant more Fœminino rum: & contrà.

1. *Frequentiora ex* Masculinis *sunt:*

אָב	*Pater,*	לוּחַ	*Tabula,*
שֵׁם	*Nomen,*	רוּחַ	*Spiritus,*
לַיִל	*Nox,*	צָבָא	*Exercitus,*
קוֹל	*Vox,*	מָקוֹם	*Locus,*
דּוֹר	*Ætas,*	מִזְבֵּחַ	*Altare, &c.*

Quæ faciunt, שֵׁמוֹת, אָבוֹת, *&c.*

2. *Præcipua è* Fœmininis *sunt, ut:*

מִלָּה *Sermo,* יוֹנָה *Columba,*
אֵלָה *Quercus,* נְמָלָה *Formica,*
לְבֵנָה *Later, &c.*

Quæ faciunt יוֹנִים מִלִּים, *&c. More Masculinorum.*

3. Quædam utroque modo formantur, *ut:*

חָצֵר *Atrium,* הֵיכָל *Templum,*
לֵבָב *Cor,* יַעַר *Sylva,*

נֶחֶף *Humerus, &c.*

Faciunt חֲצֵרִים & חֲצֵרוֹת, *&c.*

IV. REGIMEN.

XLV. Singularia Fœminina, propter regimen mutant ה in ת

Cùm duo Subſtantiva *concurrunt, quorum poſterius latinè Genitivi caſus eſt, prius illorum in* Regimine *conſtitui dicitur:* 1.

Exempli gratia:

עֶבֶד אֱלֹהִים *Servus Dei.*

Id ipſum plerumque aliquantulum mutatur, poſteriori manente invariato; verbi gratia, ſi Fœmininum ſit, convertit conſuetam terminationem in ת *ut:* 2.

זְמָרָה *Facinus,*

זְמַת אָדָם *Facinus hominis.*

XLVI. Pluralia verò Maſculina convertunt ים in י *ut:*

אַדִּיר *Magnificus.*

Plu-

Pluraliter אֲדִירִים *Magnifici.*
Hinc in Constructione:
אַדִּירֵי הָאָרֶץ *Magnates terræ.*

2. *Sic &* Dualia: *ut ex* עֵינַיִם *Oculi:*
fit עֵינֵי יְהוָה *Oculi Domini.*

3. Imitantur id pauculæ Præpositiones,
אַחֲרֵי *post*, בִּלְעֲדֵי *præter.*

4. *Meminer*is *autem, quod insuper* Vocales Nominum, *propter hoc Regimen* variè mutentur; *ut infrà suo loco plenius disces.*

Interim è præsentibus omnium Classium EXEMPLIS *quodammodo prænosces.*

PLURALE.		SINGULARE.		
Construct.	*Absolut.*		*Construct.*	*Absolut.*
דִּבְרֵי	דְּבָרִים	Verbum	דְּבַר	דָּבָר
לִבְבֵי	לְבָבִים	Cor	לְבַב	לֵבָב
שִׁכְנֵי	שְׁכֵנִים	Vicinus	שְׁכֵן	שָׁכֵן
עֲצָלֵי	עֲצָלִים	Piger	עֲצַל	עָצֵל
מַלְכֵי	מְלָכִים	Rex	*Idem*	מֶלֶךְ
נַעֲרֵי	נְעָרִים	Puer	*Idem*	נַעַר
קִדְשֵׁי	קְדָשִׁים	Sanctitas	*Idem*	קֹדֶשׁ
מוֹתֵי	מוֹתִים	Mors	מוֹת	מָוֶת
זֵיתֵי	זֵיתִים	Oliva	זֵית	זַיִת
מְלוֹנֵי	מְלוֹנִים	Diversorium	מְלוֹן	מָלוֹן
מָגְנֵי	מָגְנִים	Scutum	*Idem*	מָגֵן
שְׁנֵי	שְׁנַיִם	Dens	*Idem*	שֵׁן

SIN-

PLURALE.			SINGULARE.	
Construct.	*Absolut.*		*Construct.*	*Absolut.*
עֻזֵּי	עֻזִּים	Robur	*Idem.*	עֹז
גְּדָיֵי	גְּדָיִים	Hœdus	*Idem.*	גְּדִי
שְׂדֵי	שָׂדִים	Campus	שְׂדֵה	שָׂדֶה
מִקְנֵי	מִקְנִים	Possessio	מִקְנֵה	מִקְנֶה

Sequentia sunt Fœminina.

צְדָקוֹת	צְדָקוֹת	Justitia	צְדָקַת	צְדָקָה
שִׁפְחוֹת	שִׁפְחוֹת	Ancilla	שִׁפְחַת	שִׁפְחָה
חֲלָקוֹת	חֲלָקוֹת	Pars	חֲלַקַּת	חֶלְקָה
עֵצוֹת	עֵצוֹת	Consilium	עֲצַת	עֵצָה
אַדְּרוֹת	אַדְּרוֹת	Toga	*Idem.*	אַדֶּרֶת
כָּתְנוֹת	כָּתְנוֹת	Tunica	*Idem.*	כָּתֹנֶת
Idem.	מַלְכִיּוֹת	Regnum	*Idem.*	מַלְכוּת
Idem.	שְׁאֵרִיּוֹת	Residuum	*Idem.*	שְׁאֵרִית

CAPUT IV.

DE VERBO.

Docet, Verba *Perfecta*, & ab Affixis *Separata*,

1. Ad Normam Paradigmatis *inflectere:*
2. Propter quasdam literas nonnihil *variare.*

XLVII. INFLEXIO Verbi fluit ab unâ Radice, plerumque triliterâ.

Radix

